

# Hochschule für Musik und Tanz Köln - Hochschulbibliothek

**Officium in sabbato sancto**

**s.l.**

Ad Nonam.

---

[urn:nbn:de:hbz:kn38-8204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:kn38-8204)

**Deinde dicitur flexis genibus: v̇.** Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Et dicitur secreto, Pater noster, postea Psalmus, Miserére p. 39.**

### Oratio.

**R**ESPICE, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

### AD NONAM.

**Dictis secreto, Pater noster, et Ave María, absolute inchoatur a Psalmis sequentibus.**

### PSALMUS.

**M**IRABILIA testimónia tua: \* ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat: \* et intelléctum dat párvulis.

Os meum apéruí, et attráxi spíritum: \*  
quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, et miserére mei, \* secún-  
dum júdícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dirige secúndum elóquium  
tuum: \* et non dominétur mei omnis inju-  
stítia.

Rédime me a calúmniis hóminum: \* ut  
custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum  
tuum: \* et doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: \*  
quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine: \* et rectum júdícium  
tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua: \* et ve-  
ritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus: \* quia  
oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter: \*  
et servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, et contéptus: \*  
justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in aetérnum: \* et lex  
tua véritas.

Tribulatio, et angustia invenérunt me: \*  
mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in ætérnum : \*  
intelléctum da mihi, et vivam.

CLAMAVI in toto corde meo, exáudi me,  
Dómine: \* justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac: \* ut cu-  
stódiam mandata tua.

Præveni in maturitate, et clamávi: \* quia  
in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo: \*  
ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam áudi secúndum misericór-  
diam tuam, Dómine: \* et secúndum judí-  
cium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persecuentes me ini-  
quitati: \* a lege autem tua longe facti  
sunt.

Prope es tu, Dómine: \* et omnes viæ tuæ  
véritas.

Inítio cognóvi de testimoniis tuis: \* quia  
in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitatem meam, et éripe me: \*  
quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, et rédime me: \*  
propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatōribus salus: \* quia justifi-  
cationes tuas non exquisiērunt.

Misericōrdiae tuæ multæ, Dómine: \* se-  
cūndum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persecuúntur me, et tribulant  
me: \* a testimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, et tabescébam: \* quia  
elóquia tua non custodiērunt.

Vide quóniam mandata tua diléxi, Dó-  
mine: \* in misericórdia tua vivifica me.

Principium verbórum tuórum veritas: \* in  
æternum ómnia iudicia justitiæ tuæ.

**P**RINCIPES persecúti sunt me gratis: \* et a  
verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua: \* sicut  
qui invénit spólia multa.

Iniquitatem ódio hábui, et abominátus  
sum: \* legem autem tuam diléxi.

Sépties in die láudem dixi tibi: \* super  
iudicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: \* et  
non est illis scándalum.

Expectábam salutáre tuum, Dómine: \* et  
mandata tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua: \* et  
diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua, et testimónia tua:<sup>\*</sup>  
quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine: <sup>\*</sup> juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo:<sup>\*</sup>  
secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, <sup>\*</sup> cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum:<sup>\*</sup>  
quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me: <sup>\*</sup> quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine: <sup>\*</sup> et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te: <sup>\*</sup> et júdicia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit: <sup>\*</sup> quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

**Deinde dicitur flexis genibus. v.** Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Et dicitur secreto, Pater noster, postea Psalmus, Miserére p. 39.**

## Oratio.

**R**ESPICE, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

## AD MISSAM

*Statio ad S. Joannem in Laterano.*

**H**ORA competenti cooperiuntur Altaria, et dicuntur Horæ, candelis Altaris extinctis usque ad principium Missæ. Interim excutitur ignis de lapide foris Ecclesiam, et ex eo accenduntur carbones. Dicta Nona, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali violaceo, vel sine casula, astantibus sibi ministris cum Cruce, aqua benedicta, et incenso, ante portam Ecclesiæ, si commode potest, vel in ipso aditu Ecclesiæ, benedicit novum ignem.

¶ Summo mane vestiuntur Altaria, et in Cathedralibus Sedes Episcopalis ornatur cortinis duplicibus, videlicet intus alba, exterius